Nunc gentes senatorum contueamur et videamus, quae inter a. 244 et a. 284 in senatu obviae iam antea ibi inveniantur. Primum contemplemur veteres gentes, quarum membra iam liberae rei publicae temporibus in senatu fuerunt, deinde de iis senatoribus tractabimus, quorum familiae iam primo et secundo p. Chr. n. saeculis in senatu

sunt obviae. Postremo perscrutemur, quos viros annis 244 ad 284 in amplissimum ordinem adscitos esse intellegere possimus.

1. senatores familiarum iam liberae rei publicae temporibus in senatu obviarum.

M. Acilius Glabrio (n. 53), cos. ord. a. 256. Acilios Glabriones iam liberae rei publicae temporibus in senatu fuisse notum est. (cf. R. E. I, p. 251 seq.)
L. Cornelius Scipio (Salvidienus) Orfitus (n. 151); ex vetere patriciorum gente Cornelia. (cf. R. E. IV, 1, p. 1506 seq.)

2. senatorum familiarum primo p. Chr. n. saeculo in senatu obviarum.

Pomponius Bassus, princeps senatus imperante Claudio Gothico (n. 98), ex posteris T. Pomponii Bassi, leg. sub Tito a. 79/80 (III, 75, 530).
Vettius Gratus, cos. ord. a. 250 (n. 23). M. (?) Vettius Bolanus (III, 411, 323) legatus sub Corbulone fuit a. 62[1].
Gratus, cos. ord. a. 280 (cf. n. 131).

Plane dubium est an Iulius Proculus Quintilianus, proconsul Asiae a. 249 (n. 24), ex posteris fuerit C. Iulii Proculi, cos. suff. a. 104 (II, 208, 333), item an Allius Maximus, legatus a. 280 (n. 133), oriundus fuerit a L. Allio Maximo, cos. a. 49 (I, 52, 403).

3. senatores familiarum saec. p. Chr. n. II. in senatu obviarum.

C. Bruttius Praesens, cos. ord. a. 246 (n. 17), ex posteris Bruttii Praesentis, cos. ord. a. 139 (I, 241, 137).
C. Caerellius Pollittianus agnomine Helvinus (n. 150), ex posteris C. Caerellii Sabini (I, 263, 128), legati a. 183,

---

1. Praeterea M. Vettius Niger, cos. suff. sub Claudio vel Nerone (III, 413, 334) et L. Vettius Paulus (III, 413, 335), cos. suff. a. 81.

patris, ut videtur, C. Caerellii Fufidii Annii Ravi Pollittiani, quaestoris cand. a. 212/7 (I, 263, 124).

L. Caesonius Quintus Rufinus Manlius Bassus (n. 114). Caesonius Manlius Rufinus (I, 270, 161) saec. II exeunte in senatu fuit.

Clodius Pompeianus (n. 4), fortasse Claudius Pompeianus, ex posteris Ti. Claudii Pompeiani, cos. II a. 173 (I, 393, 768).

Desticius Iuba (n. 47), leg. Britanniae inter a. 253 et 259. T. Desticius Severus (II, 8, 50), proc. prov. Raetiae a. 166. T. Desticius Iuba (II, 7, 47) eiusdem familiae, sed vix filius eius, fortasse iam saec. p. Chr. n. II. in senatu fuit.

L. Egnatius Victor Lollianus, praef. urbi a. 254 (n. 14), filius L. Egnatii Victoris Lolliani (II, 33, 29), qui saec. p. Chr. n. II. exeunte in senatu fuisse videtur.

T. Fl(avius) Postumius Varus, praef. urbi a. 271 (n. 103); eius proavus fuit M. Postumius Festus, cos. a. 143 (III, 90, 660).

Fulvius Aemilianus (n. 1), ex posteris L. Fulvii Gavii Numisii Petronii Aemiliani, temporibus M. Aurelii et L. Veri (patricii n. 3).

Galerius Maximus, proconsul Africae a. 258 (n. 64); ex posteris . . . . i Galerii . . . Maximi, flaminis Claudialis, saec. II (II, 106, 15).

Nummius Albinus, praef. urbi a. 256 (n. 55) ex posteris M. Nummii Umbrii Primi Senecionis Albini, salii Palatini a. 191 (II, 421, 189).

Nummius Tuscus, cos. ord. a. 258 (n. 62); videtur ex posteris M. Num(mii) . . . Attidi[i] . . . Tusci, quaestoris temporibus Antoninorum; nam idem videtur *Ἀττίδιος [Τ]οῦσκος*, leg. pr. pr. Asiae, tit. Ephesius (Greek inscr. in the Brit. Museum III, p. 189, n. DXL), quem temporibus fere Antoninorum (intellegi videntur Antoninus Pius et M. Aurelius) exaratum esse putat Hicks.

Optimus (n. 30), fortasse Flavius Aristus. T. Flavius Secundus Philippianus (II, 75, 238), pater T. Fl(avii) Aristi Ulpiani (II, 64, 153), saec. II. exunte in senatu fuisse videtur (cf. R. E. VI, 2, p. 2616).

Petronius Victorinus, clar. invenis a. 256 (n. 56), nepos, ut videtur, C. Aufidii Victorini, cos. II, a. 183 (I, 184, 1160), filius C. Aufidii Victorini, cos. ord. a. 200 (I, 185, 1161).

Prastina Messalinus (n. 12), leg. sub Philippis, ex posteris C. Prastinae Pacati Messalini, cos. ord. a. 147 (III, 93, 686).

Titianus (n. 15), cos. ord. a. 245. idem fortasse Maesius Fabius Titianus, clar. puer a. 197 (cf. n. 15).

Virius Lupus (n. 129), cos. ord. a. 278. Virius Lupus erat legatus Britanniae a. 197 (III, 446, 479).

Praeterea Thiele (p. 92) in his numerat Severianum, imp. Philippi affinem (n. 8), dubito an iure.

c) de novis familiis.

Familiarum, quae novae Alexandro Maximino Gordiano imperantibus in senatu inveniuntur, paucissimae ad alteram saeculi III partem duraverunt. Harum sunt: Ti. Pollenius Armenius Peregrinus (n. 2), imp. Gallienus (n. 45), (Licinius) Valerianus (n. 46), filii Galieni (n. 73 et 74), filii imp. Decii (n. 26 et 27), filius imp. Galli (n. 39). Senatores quos in amplissimum ordinem adscitos esse cognoscere possumus, sunt hi:

M. Aemilius Aemilianus (n. 41)
M. Annius Florianus (n. 126)
M. Claudius Tacitus (n. 106)
Coelius Martialis (n. 9)
Coelius Senecio (n. 10)
Iulius Placidianus (n. 107)
Marcellinus (n. 109); nam idem videtur Marcellinus, ab Aureliano Mesopotamiae praefectus: Zos. 1, 60.

T. Petronius Taurus Volusianus (n. 76)
Saturninus (n. 140)
Victorinus (n. 137)

Praeterea hoc loco enumerari possunt:

M. Aurelius Carus (n. 142)
M. Aurelius Claudius (n. 92)
M. Aurelius Probus (n. 127)
L. Domitius Aurelianus (n. 101)
M. Iulius Philippus (n. 6)
Septimius Odaenathus (n. 35)

2. de patria senatorum.

Cum liberae rei publicae temporibus homines nisi Itali in senatum non reciperentur, primum a Caesare dictatore provinciales (nonnulli Galli et Hispanus quidam) in numerum senatorum redacti sunt. Augusto deinde imperante pauci provinciales in curia urbana fuisse videntur. Postea autem numerus senatorum ex provinciis ortorum magis magisque auctus est. Vespasianus primus provinciales etiam patricios fecit. Bruno Stech in dissertatione, quae inscribitur: senatores Romani, qui fuerint inde a Vespasiano usque ad Traiani exitum (Klio, suppl. X, citetur Stech) indagavit inter 386 senatores Vespasiano imperante 148 Italos et 30 provinciales, Domitiani temporibus inter 404 senatores 125 Italos et 38 provinciales, Traiano imperante inter 428 senatores 100 Italos et 53 provinciales fuisse.

Ex illis temporibus etiam plures provinciales in amplissimum ordinem pervenisse verisimile est, praesertim cum Caracalla omnes liberos provinciales civitate donaverit.

Patria saeculi p. Chr. III senatorum difficillima est cognitu. Nam testimonia exigua sunt. Plerique solum fastis vel laterculis praefectorum urbi nobis noti sunt, in quibus saepe nihil nisi cognomen memoratur.

Videamus, quibus ex notis patriam cognoscere possimus:
1. patria a rerum scriptoribus aut in titulis memoratur.

2. patria maiorum nota est vel probabiliter de ea conici potest.
3. saepius ex tribu patria senatoris colligi potest; nam nonnullae tribus inveniuntur, quibus homines nisi Itali non continentur: Camilia, Clustuminia, Falerna, Lemonia, Menenia, Oufentina, Poblilia, Pomptina, Romulia, Sabatina, Stellatina, Voturia (cf. Kubitschek, Imperium Romanum tributum descriptum, Vindobonae 1889).
4. semel atque iterum homini provinciali muneribus urbanis functo statuae et tituli a civibus in patria positi sunt.
5. nonnumquam ex nominibus hominem origine Italicum fuisse conici potest. Hac in re examinanda in primis usus sum Guil. Schulzii libro, qui inscribitur: Zur Geschichte der lateinischen Eigennamen (citavi Schulze).
6. si quis curator rei publicae cuiusdam fuit, haud scio an ex ea civitate ortus sit. Nam curatores saeculo p. Chr. III. magis magisque ex decurionum numero creati sunt. Quod argumentum haud ita multum valet, minimum apud curatores oppidorum Italiae. Nam, ut exemplum offeram, pater C. Caesonii Quinti Rufini Manlii Bassi (n. 114), qui curator Puteolanorum et Suessanorum erat, tribu Quirina fuit, in qua neque Puteolani neque Suessani censebantur.
7. accedunt argumenta, quorum eo loco, quo senatores singuli nominabuntur, mentio fiet.

a) senatores ex Italia orti.

1. M. Acilius Glabrio (n. 53). Acilii Glabriones iam liberae rei publicae temporibus in senatu fuerunt. cf. R. E. I, 1, p. 251 seq.
2. M. Annius Florianus (n. 126), frater Taciti imp.
3. C. Bruttius Praesens (n. 17), ex posteris Bruttii Praesentis, cos. II a. 139 (I, 241, 137), qui Italus fuisse videtur (cf. R. E. III, 1, p. 912 seq. et Štech p. 165, n. 195).
4. C. Caerellius Pollittianus agnomine Helvinus (n. 150).

C. Caerellius Fufidius Annius Ravus Pollittianus, quaestor a. 212 (I, 263, 124) in tribu Oufentina censebatur.

5. M. Claudius Tacitus (n. 106); ex Interamna, oppido in Umbria sito, ortus est: vita 15, 1.
6. L. Cornelius Scipio (Salvidienus) Orfitus (n. 151) ex vetere patriciorum gente Cornelia, itaque Italus.
7. Desticius Iuba (n. 47). T. Desticius Iuba (II, 7, 47) sine dubio Concordiensis fuit, cf. R. E. V, 1, p. 254.
8. Fulvius Aemilianus (n. 1), eius proavus (II, 93, 367) tribu Oufentina fuit.
9. C. Iulius Volusenna Rogatianus (n. 49). Cognomen originem Italam indicare videtur (Schulze p. 104).
10. Iunius Veldumnianus (n. 104); nomen Italum indicare videtur (Schulze p. 112, 251); fortasse etiam parentela coniunctus erat cum C. Vibio Afinio Gallo Veldumniano Volusiano (n. 39).
11. Nummius Albinus (n. 55); familia Nummiorum videtur oriunda ex Gallia Transpadona; fortasse Brixiana (cf. Pauly, R. E. ed. I, V, 771).
12. T. Petronius Taurus Volusianus (n. 76) tribu Sabatina; filius eius:
13. L. Publius Petronius Volusianus (n. 77).
14. Petronius Victorinus (n. 56), ex posteris C. Aufidii Victorini, cos. II a. 183 (I, 184, 1160), ex Umbria orti: Fronto, ad M. Caesarem 4, 13.
15. Prast(ina) Messalinus (n. 12), nomen originem Italam indicare videtur (Schulze p. 91).
16. C. Vibius Trebonianus Gallus (n. 33), 'oriundus sine dubio Perusia, ubi uxori eius adhuc privati dedicatus est titulus XI, 1927 et ubi patris quoque memoria extat.' cf. III, 426, 403.
17. C. Vibius Afinius Gallus Veldumnianus Volusianus (n. 34); filius eius, qui praecedit.

Addo nonnullos, de quibus dubitandum est.

18. Nummius Tuscus (n. 62), incertum num ex illa Nummiorum familia, quae ex Gallia Transpadana oriunda fuit.
19. P. Licinius Valerianus (n. 5); scriptores patriam eius non tradunt. Itaque fortasse Italus et Roma ipsa oriundus.
20. Imp. Gallienus, filius eius qui praecedit (n. 45).
21. (Licinius) Valerianus (n. 46), frater Gallieni.
22. P. Licinius Cornelius Valerianus (n. 73), filius Gallieni.
23. P. Licinius Cornelius Saloninus (n. 74), filius Gallieni.
24. Marinianus (n. 86), filius Marinianae, uxoris Valeriani.

b) senatores ex provinciis orti.

1. Sicilia.

Titianus (n. 15), idem fortasse C. Maesius Aquillius Fabius Titianus, qui civis et patronus Himereorum Thermitanorum fuit et Maesius Fabius Titianus, clar. puer, qui a. 197 una cum sorore Severo et Caracallae titulos dedicavit in Sicilia (cf. n. 15).

2. Africa.

Iulius Italicus (n. 139), eius cura statua erecta est imp. Probo Thuggae.

L. Naevius Aquilinus (n. 22), pater L. Naevii Flavii Iuliani Tertulli Aquilini, clar. pueri (II, 396, 7), cui dedicatus est tit. Hipponensis (VIII, 5228).

C. Valerius Gallianus Honoratianus (n. 147), curator rei publ. Carthaginis, itaque fortasse Carthaginiensis.

3. Dalmatia.

Anullinus (n. 149), senator, cuius libertus Diocletianus dicitur, itaque fortasse ex Dalmatia ortus.

M. Aurelius Carus (n. 142): eum alii Romae, alii in Illyrico, alii Mediolani natum esse rettulerunt: vita 4.

Oriundus, ut videtur, Narona (Victor, epit. 38, 1: Narbona natus).

M. Aurelius Carinus, filius Cari (n. 143).

M. Aurelius Numerius Numerianus (n. 148).

M. Aurelius Claudius (n. 92). Illyricianae gentis vir: vita 14, 2.

M. Aurelius Claudius Quintillus (n. 94), frater eius, qui praecedit.

4. Bithynia.

L. Egnatius Victor Lollianus (n. 14), pater eius fortasse oriundus Prusa (I. G. R. III, 33), cf. R. E. V, 2, p. 2002.

Sallius Antoninus (n. 96), curator Nicaeensium, itaque fortasse Nicaeensis.

5. Syria.

Clodius Pompeianus (n. 4), fortasse Claudius Pompeianus et ex posteris Ti. Claudii Pompeiani, cos. II a. 173, generis Antiochensis.

Septimius Haeranes (n. 36), princeps Palmyrenorum. Pater eius:

Septimius Odaenathus (n. 35)

Septimius Odaenathus (n. 37)

Iulius Aurelius Septimius Vaballathus Athenodorus (n. 38), filius eius, qui praecedit.

Velleius Macrinus (n. 97). Homo eiusdem familiae: C. Sedatius Velleius Priscus Macrinus (III, 190, 233) Palmyrae statua honoratus est ab homine privato. Itaque fortasse Palmyrenus fuit.

6. Gallia.

Saturninus (n. 140), origine Gallus: vit. Firmi, Saturnini cet. 7; sed origine Maurus: Zos. 1, 66, Zon. 12, 29.

7. Numidia.

T. Fl(avius) Postumius Varus (n. 103) proavus eius M. Postumius Festus (III, 90, n. 660), cuius patria haud procul a Cirta sita erat: Fronto, ad amicos 2, 10 (p. 200 ed. Naber).

C. Macrinius Sossianus (n. 145), curator rei publ. Calamensium, itaque fortasse Calamensis.

8. Mauretania.

M. Aemilius Aemilianus (n. 41), origine Maurus: Victor epit. 31, 1. Zon. 12, 21.

Coelius Martialis (n. 9) et frater eius:

Coelius Senecio (n. 10): titulis Mauretaniae honorati sunt (VIII, S. 20 449 et 20 429), itaque fortasse Mauri.

Saturninus (n. 140) origine Maurus: Zos. 1, 66, Zon. 12, 29, sed origine Gallus dicitur in vit. Firmi, Saturnini cet. 7.

Victorinus (n. 197). idem videtur Victorinus, genere Maurus: Zos. 1, 65, Zon. 12, 29.

9. Pannonia.

M. Aurelius Probus (n. 127) oriundus ex oppido Sirmio: vita 3, 1; 21, 2. Victor Caes. 37, 4.

C. Messius Quintus Traianus Decius (n. 13) Sirmiensium vico ortus: Victor Caes. 29 e Pannonia inf. Budaliae natus: Eutrop. 9, 4; Epit. 29.

Q. Herennius Etruscus Messius Decius (n. 26) filius Decii imp. et frater eius:

C. Valens Hostilianus Messius Quintus (n. 27).

10. Arabia.

M. Iulius Philippus (n. 6): Arabs: vita Gordiani 29, 1.

M. Iulius Philippus (n. 7), filius imp. Philippi.

11. Dacia.

Aurelius, senator, cuius colonus Aureliani pater fuisse dicitur (n. 100), itaque fortasse ex Dacia ortus est.

L. Domitius Aurelianus (n. 101) oriundus Dacia ripensi: Eutrop. 9, 13.

1. Sicilia 1.
2. Africa 2 + 1?
3. Dalmatia 6.
4. Bithynia 1 + 1?

5. Syria 6.
6. Gallia 1?
7. Numidia 1 + 1?
8. Mauretania 5 (4 + 1?)
9. Pannonia 4.
10. Arabia 2.
11. Dacia 2.

Postremo laterculos nostros comparemus cum iis, quibus adhuc senatores aetatis imperatoriae compositi sunt. Fridericus Fischer in dissertatione, quae inscribitur: Senatus Romanus, qui fuerit Augusti temporibus (Berol. 1908), enumeravit senatores temporum Augusti. De senatu anni p. Chr. 65 tractavit Willems libello, qui inscribitur: Le sénat romain en l'an 65 après Iésus-Christ (Louvain 1902). Brunonis Stechii opus et librum, quem Waltharius Thiele conscripsit de Severo Alexandro, iam supra commemoravimus. Fischer indagavit 632 senatores, Willems 390, Stech 386 Vespasiano imperante, 404 Domitiani aetate, 428 Traiani temporibus, Thiele sub Severo Alexandro 271. Si hos numeros cum nostro comparamus, miramur tam paucos nos invenisse. Neque enim putari potest numerum senatorum altera saeculi III parte tanto minorem fuisse. Quare multos nobis ignotas esse suspicamur, cum testimonia saeculi III, praecipue alterius partis, exigua sint. Nam Cassii Dionis et Herodiani opera ad haec tempora iam non pertinent, cum illius opus a. 235 finiatur, huius a. 238. Rerum scriptorum autem opuscula, quae servata sunt, aut breviora aut peiora sunt, quam ut multa ex iis petere possimus, praesertim cum plurima non integra tradita sint. Veluti scriptorum historiae Augustae, qui vocantur, vitae eorum, qui imperaverunt inter a. 244 et a 260, magnam partem amissae sunt. Quae cum ita sint, pleraque senatorum nomina fastis solis vel laterculis praefectorum urbi nota sunt. Nam etiam

inscriptiones a Severi Alexandri temporibus rariores quam antea inveniuntur.

Inter illos 151 viros, quos tum senatores fuisse certum vel probabile est, indagavimus 13 patricios ($8^3/_5$%). Quod si comparamus hunc numerum cum numeris ceterorum temporum laterculorum, notabile est eum multo maiorem esse quam temporibus Flaviorum Traianique. Nam inter 386 senatores anni 69 inveniuntur patricii 9 ($2^3/_{10}$%), inter 404 senatores anni 96 patricii 4 (1 %), inter 428 anni 117 3 ($^7/_{10}$%) (cf. Stech). Hac in re observatur plurimas familias senatorum alterius saeculi III. partis patriciorum demum post Traiani tempora inter patricias adlectas esse. Unus L. Cornelius Scipio (Salvidienus) Orfitus (n. 150) ex veterrima patriciorum gente est. Apparet igitur, etsi auctoritas patriciorum magis magisque deminuta est, tamen numerum eorum non minorem fuisse ex temporibus Traiani.

Quod attinet omnino ad familias senatorum, animadvertimus paucissimas veteres gentes in senatu alterius saeculi III. partis inveniri. Extant ex temporibus liberae rei publicae praeter Cornelios Scipiones, quos iam commemoravimus, soli Acilii Glabriones, qui olim plebeii saeculo p. Chr. II. ineunte patricii facti esse videntur. Ex primo p. Chr. saeculo in senatu semper erant soli Pomponii Bassi et Vettii. Plures gentes, quae saeculo p. Chr. II. in senatum pervenerunt, etiam saeculo III. ibi sunt obviae, quarum multae Severo Alexandro Maximino Gordiano imperantibus extinctae sunt. Intellegitur igitur plurimas senatorias gentes saeculi III., praecipue alterius eius partis, in senatum his demum temporibus adlectas esse, etsi apud paucas id certo statuere possumus.

Ut etiam patriam senatorum contemplemur, indagavimus inter 151 senatores 17 Italos et 33 provinciales. Inter eos, quorum patria cum aliqua probabilitate statui potest, numerus provincialium maior est quam Italorum, unde autem, cum

senatorum saeculi III. patriam conicere difficillimum sit, nihil accuratius collegi potest. Certe autem numerus senatorum ex provinciis ortorum . . . auctus est, quorum 12 tantum ex orientalibus provinciis prodierunt, 21 ex occidente. Admirationem movet senatores tam pancos orientales inveniri. Nam ex temporibus Traiani, quo imperante totidem fere (13) senatores terrae orientis protulerunt quot provinciae occidentales (15), provinciae orientis magis magisque valebant. Praeterea memorabile dictu est nullos Hispanos aut Gallos inveniri, nam fueritne Saturninus (n. 140) Gallus incertius est, cum Zonaras et Zosimus eum Maurum fuisse tradant. Non pauci reperiuntur ex Dalmatia et Pannonia orti. Numerum eorum etiam maiorem fuisse verisimile est, cum plurimi imperatores illorum temporum ex illis provinciis oriundi fuerint.

IV. Additamenta.

1. de provinciis, quibus senatores praeerant.

Cum magni momenti mihi esse videatur perscrutari, quantum altera saeculi III. parte senatores provinciis praeesse desierint, componam eas provincias, quibus his annis senatores praepositi erant. Hac in re iis solis me continere necesse erat, quarum praesides viros ordinis senatorii fuisse testimoniis ostenditur. Sunt autem hae: Hispania Tarraconensis, Africa, Macedonia, Dalmatia, Asia, Bithynia, Syria, Palaestina, Aquitania, Numidia, Galatia (additis Ponto fortasse etiam Paphlagonia), Noricum, Moesia inferior, Pannoniae, Cappadocia, Britannia, Thracia, Arabia. Harum provinciarum etiam eos praesides enumerabo, quos Alexandri et Maximini et Gordiani III. temporibus provinciis praefuisse repperi.

1. Hispania Tarraconensis.

Q. Atrius Clonius, leg. pr. pr. Hisp. (Tarrac.) sub Alexandro: Prosop. I, 177, 1130.

Q. Decius Valerianus, leg. pr. pr. Tarraconensis a. 238. II, 5, 21.

M. Aurelius Valentinianus, vir clar., praeses Hisp. cit. a. 283 (n. 144).

2. Africa.

M. Antonius Gordianus (qui postea imperavit), proconsul Africae sub Alexandro. I, 96, 664.

Aspasius Paternus, proconsul Africae a. 257 (n. 57).

Galerius Maximus, proconsul a. 258 (n. 64).

L. Mes . . ., proconsul post a. 257 (n. 90).
Vibius Passienus, proconsul sub Gallieno (n. 91).

3. Macedonia.
P. Iulius Iunianus Martialianus, proconsul Macedoniae sub Alexandro. II, 197, 247.
L. Priscus, praeses Macedoniae sub Decio: Victor 29 (n. 31).
C. Caerellius Pollittianus agnomine Helvinus, proconsul Macedoniae, non multo ante Diocletianum (cf. n. 150).

4. Achaia.
Claudius Illyricus, proconsul Achaiae saec. III. I, 381, 716.
Decimius Secundinus, proconsul saec. III: II, 4, 17.
Messala, praeses Achaiae sub Decio: epistula Decii ad eum: vit. Claud. 16 (n. 29).
(Iulius) Valens, sub Gallieno Achaiam proconsulari imperio regens: vit. Gallieni 2, 2. trig. tyr. 19, 1 (n. 71).
Praeterea memorantur legati prov. Achaiae:
Cn. Petronius Probatus Iunior Iustus sub Alexandro, ut videtur. III, 29, 223.
C. Luxilius Sabinus Egnatius Proculus, sub Gordiano, ut videtur. II, 310, 337.

5. Dalmatia[1].
Claudius Herennianus, leg. pr. pr. Dalmatiae a. 247 (n. 19).
Aurelius Marcianus, vir perfect., praeses prov. Dalmatiae a. 277. I, 210, 1274.

6. Asia.
Sulpicius Priscus, proconsul Asiae sub Alexandro, ut videtur: Rev. des ét. gr. 1906, p. 84, 86.

1. Varius Macrinus, leg. Alexandri Illyrici III, 386, 191. Honoratus, leg. Gordiani Dalmatiae. C. III, 13 327 seq.

L. Egnatius Victor Lollianus, proconsul sub Philippis (n. 14).

Iulius Proculus Quintilianus, a. 249, 250 (n. 24).

Optimus, proconsul Asiae a. 250 et a. 251 (cf. n. 30).

C. Iulius Volusenna Rogatianus, a. 254 (n. 49).

. . . . . us Maximillianus, sub Valeriano (n. 72).

Arellius Fuscus, usque ad a. 275 (n. 112).

Faltonius Probus, post. a. 275 (n. 121).

7. Bithynia

Vellius Macrinus, leg. consularis Bithyn. a. 269 (n. 97).

8. Syria.

Maximinus, a Tacito Syriae praepositus: Zos. I, 63 (n. 125).

Saturninus, a Probo Syriae praepositus: Zos. 1, 66 (n. 140).

Coele:

D. Simonius Proculus Iulianus, leg. Syriae Coeles sub Maximino vel Gordiano. III, 248, 529.

Virius Lupus (n. 129), praeses Syriae Coeles et Arabiae (cos. ord. a. 278).

Phoenice:

Rufinus, c. a. 251 leg. Syriae Phoenices aut Arabiae, probabilius Arabiae (cf. n. 42).

9. Palaestina.

Achaeus, leg. Palaestinae sub Gallieno (n. 88).

10. Aquitania.

C. Esuvius Tetricus, senator, praeses Aquitaniae (n. 116).

11. Numidia.

M. Ulpius Maximus, clar. vir, praeses Numidiae sub Alexandro. III, 462, 559.

P. Iulius Iunianus Martialianus, leg. pr. pr. sub Alexandro. II, 197, 247.

Cn. Petronius Probatus Iunior Iustus, legatus pr. pr. sub Alexandro vel Maximino. III, 29, 223.

Capellianus, leg. a. 238. I, 301, 344.

Iulius A . . ., leg. a. 242. II, 160, 76, fortasse L. Iul(ius) Apronius Maenius Pius Salamallianus (II, 167, 104 et Pallu de Lessert, fastes de la Numid. p. 149).

Veturius Veturianus, leg. pr. pr. a. 253 (n. 44).

C. Macrinius Decianus, leg. pr. pr. sub Valeriano et Gallieno (a. 260) (n. 68).

[Ten]agino Probu[s, praeses?] prov. Num. sub Claudio Gothico (cf. ser. 2, n. 19).

M. Aurelius Decimus, vir perf., praeses a. 283/4. I, 204, 1238.

12. Galatia.

L. Apronius Pius, leg. Galatiae sub Alexandro: C. III, 14 184[27].

Aurelius Basileus, leg. sub Alexandro C. III, 14 184[42].

P. P. Ellus (nomen male exceptum) Vibianus, leg. Maximini: C. III, 308. Prosop. III, 418, 369 (non Cappadociae).

M. Iunius Valerius Nepotianus, praeses Galatiae Pontique a. 250, fortasse etiam Paphlagoniae (cf. C. III, 14 184[25]) (n. 25).

13. Noricum.

L. Macrinius Decianus, leg. pr. pr. Norici sub Valeriano et Gallieno (n. 68).

14. Moesia inf.

Iul(ius) Gaetulicus, leg. Moesiae inf. primis Alexandri temporibus. II, 191, 204.

L. Annius Italicus Honoratus, leg. Moesiae inf. a. 224. I, 67, 499.

Anicius Faustus Paulinus, leg. a. 230. I, 55, 442.

Fir. Philopappus, sub Alexandro. II, 60, 119.
Ti. Iul(ius) Festus, sub Alexandro. II, 191, 204.
Um[midius] Tereventinus, leg. sub Alexandro. III, 467, 587.
Q. Decius, leg. a. 234. C. III, 12519.
Fl(avius) Lucill[ia]nus, leg. Maximini. II, 70, 200.
Tullius Menophilus, consularis Moes. inf. Gordiani. III, 341, 281.
C. Pe . . ., leg. Gordiani. III, 19, 139.
Iu[lius?], leg. Gordiani: Rev. arch. 41, 1902, p. 363 (n. 115).
Tertullianus, leg. Gordiani. III, 306, 89.
Sab. . . Modestus, leg. Gordiani. III, 151, 2.
M. Ulpius Tertullianus Aquila, inter a. 241 et 244 (?) leg. III, 463, 572. fortasse idem Tertullianus. III, 306, 89.
Prast(ina) Messalinus, leg. sub Philippis (n. 12).
C. Vibius Trebonianus Gallus, leg. imperante Decio Moesiae inf., ut videtur (n. 33).
M. Aemilius Aemilianus (n. 41), leg. Moesiae inf., ut videtur, sub Gallo.

15. Pannoniae.

Ingenuus, sub Gallieno Pannonias regebat (n. 75).

Pannonia inferior:

Fl(avius) Aelianus, leg. Pannoniae inf. a. 228. II, 63, 138.
Fl(avius) Marcianus, consularis Pann. inf. sub Alexandro. II, 71, 204.
Pomponius, leg. Pann. inf. inter a. 216 et 247, sub Alexandro, ut videtur. III, 74, 518.
M. Aurelius Valentinianus (n. 144), leg. pr. pr. Pann. inf. post a. 283. I, 217, 1310.

Praeterea equestris gradus inveniuntur:

Aelius Paternianus, vir egreg., agens vices legati Pann. inf. a. 284. I, 20, 163.

L. Flavius Aper, vir perf., praeses Pann. inf. (C. III, 15 156), fortasse Aper, praef. praet. Numeriani; sed id plane dubium est, praesertim cum nomen gentile praefecti praet. Arrius fuisse videatur.

16. Cappadocia.

Sex. Catius Clementius Priscillianus, leg. Cappad. sub Alexandro. I, 321, 471 et C. III, 6924.

Q. Iul(ius) Proculeianus, leg. sub Alexandro a. 231. Comptes-rendus de l'acad. des inscr. 1905, p. 348.

Licinius Serenianus, leg. Maximini. II, 284, 166.

Cuspidius Flaminius Severus, leg. a. 238. I, 488, 1333.

Antonius Memmius Hiero, leg. sub Philippis (n. 21).

C. Va[lerius Te]rtull[u]s, leg. sub Decio (n. 32).

A. Vergilius Maximus, leg. sub Gallo (n. 43).

17. Britannia.

Maximus, leg. Britanniae a. 225. II, 358, 304.

Ti. Cl(audius) Paulinus, leg. Alexandri. I, 398, 758.

Cl(audius) Xenophon, sub Alexandro. I, 403, 835.

Egnatius Lucilianus, leg. Gordiani. II, 33, 19.

Maecilius Fuscus, leg. Gordiani. II, 319, 34.

Nonius Philippus, leg. Gordiani a. 242. II, 413, 114.

Desticius Iuba, leg. inter a. 253—259 (n. 47).

T. Flavius Postumius Varus, leg. Britanniae aut leg. II. Augustae ante a. 271, quo anno praef. urbi erat (n. 103).

18. Thracia.

L. Prosius Rufinus, leg. Alexandri Thraciae: Kalinka, Antike Denkmäler in Bulgarien, n. 43 seq.

Rutilius Pudens Crispinus, leg. Thraciae sub Alexandro: Kalinka, l. c. n. 49 seq.

M. Ulpius Senecio Saturninus, leg. sub Alexandro. III, 462, 560.

[S]aturninus Fidus, leg. Maximini: Kalinka, l. c. n. 56.

D. Simonius Proculus Iulianus, leg. inter a. 235 et a. 238. III, 248, 529.

L. Vettius Iuvenis, leg. a. 238: Kalinka l. c. n. 57, Cagnat, Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I, 722.

Catius Celer, leg. Gordiani. I, 321, 470.

Pomponianus? vel Pomp(onius) Magianus, leg. inter a. 241 et a. 244. III, 73, 513.

Sex. Furnius Publianus, leg. sub Philippis ante a. 247 (n. 18).

Gallonius Avitus, leg. Thraciarum Aureliani (cf. ser. 2, n. 15).

20. Arabia.

Caecilius Felix, leg. Arabiae sub Alexandro, a. 222. Rev. bibl. 1897, p. 576, 579, 583, 588.

Cl(audius) Sollemnius Pac[atianus], leg. Alexandri. I, 400, 816.

Pomponius Julianus, leg. a. 236 III, 77, 543.

C. Fulvius Ian(uarius), leg. Maximini: Rev. bibl. 1897, p. 585.

M. Domitius Valerianus, leg. a. 238. C. III, $14\,149^{31}$.

Marc. . . ., leg. Arabiae a. 239. II, 331, 133.

D. Simonius Proculus Iulianus (v. supra legatus Thraciae), leg. Maximini Arabiae: Germer-Durand Bull. du Comité des trav. hist. 1904, p. 19, n. 27; p. 23, n. 35.

Aur(elius) . . . leg. sub Philippis (n. 20).

Rufinus, leg. Arabiae, ut videtur, ca. a. 251 (cf. n. 42).

M. Aelius Aurelius Theo, vir clar., praeses Valeriani et Gallieni (n. 69).

Iunius Olympus, praeses Arabiae a. 261/2[1]. *διασημότατος ἡγεμών*: itaque eques[1]: Cagnat, Inscr. Graec. ad res Rom. pert. III n. 1286.

---

1. cf. David Magie: de Romanorum iuris publici sacrique vocabulis sallennibus in Graecum sermonem conversis (Lipsiae 1965), p. 31; p. 106.

Virius Lupus, praeses Syriae Coeles et Arabiae (cos. ord. a. 278) (n. 129).

M. Petrus, praeses a. 278/9.

διασημότατος ἡγεμών; itaque eques[1] III. 32, 244. et C J G. 4649 = Waddington 1909.

Primum provincias senatui semper commissas contemplemur, Africam, Macedoniam, Achaiam, Asiam, quibus (excepta Achaia a. 15—44) semper senatores praefuerunt. Quod attinet ad imperatorias provincias, praesides Hispaniae Tarraconensis, utriusque Syriae, Palaestinae, Aquitaniae, Galatiae (Pontique, fortasse etiam Paphlagoniae), Norici, Cappadociae, Britanniae, Thraciae, quos indagavimus, ordinis senatorii fuerunt, item Bithyniae et Moesiae inferioris. Praeterca huc videntur pertinere Pannoniae; nam L. Flavius Aper, praeses Pannoniae inferioris, equestris quidem ordinis fuit, sed dubium est quo tempore.

Sed nonnullarum provinciarum praesides praeter senatores etiam equites inveniantur. Dalmatia enim a. 277 ab equite administrata est, item Arabia inter a. 261 et a. 262, deinde inter a. 278 et a. 279, cum a. 278 senator, Virius Lupus, Arabiam una cum Syria Coele rexerit. Etiam Numidiae saeculo III. exeunte equestris ordinis praesides praefuerunt, fortasse iam ex temporibus Claudii Gothici, si Tenagino Probus eques erat (cf. ser. 2, n. 19).

2. de praefectis praetorio senatoriis.

In vita Alexandri c. 21 scriptum est: praefectis praetorii suis senatoriam addidit dignitatem, ut viri clarissimi et essent et dicerentur, quod antea vel raro fuerat vel omnino diu non fuerat.

Sed ne Alexandro quidem imperante praefectos prae-

1. cf. David Magie l. c.

torio ordinis senatorii inveni[1]. Paulo ante a. 238 M. Aedinius Iulianus praefectus praetorio erat, qui iam a. 223 senator fuit (I, 11, 92). Itidem Iulius Placidianus, praefectus praetorio Aureliani, iam eo tempore, quo praefectus erat, clarissimus vir appellatur. Sed, ut ceteros omittam, et Philippus, qui postea imperabat eiusque frater Iulius Priscus, et Carus, qui anno 282 imperator factus est et M. Annius Florianus praefecti praetorio ordinis equestris erant. Nonnulli autem post praefecturam in amplissimum ordinem adlecti sunt. Hi sunt T. Petronius Taurus Volusianus, praefectus praetorio Valeriani et Gallieni, cos. a. 261 (n. 76) et Aurelius Aristobulus, praefectus praetorio Cari et Diocletiani, cos. ord. a. 285 (I, 197, 1211).

1. Domitium Ulpianum, praefectum praet. Alexandri (II, 24, 146) et collegam eius (Iulium Paulum?) senatores fuisse non recte putat Thiele p. 74.

Vita.

Natus sum Adolfus Parisius in vico Brandenburgensi, cui nomen est Glindow, a. d. VIII kal. Jun. anni 1892, patre Adolfo, sacerdote evangelico, matre Emmy, e gente Quenstedt. Fidei adscriptus sum evangelicae. Eodem, quo natus sum anno cum parentibus migravi in vicum prope Berolinum situm Grossbeeren. Primis litterarum elementis imbutus gymnasii vici prope Berolinum siti Groß-Lichterfelde discipulus factus sum anno 1901. Postquam vere anni 1910 maturitatis testimonium consecutus sum Berolini per duodocim menses stipendia feci militaria. Autumno anni 1910 civis universitatis Berolinensis academicus in album inscriptus sum. Inde a vere anni 1911 usque ad aestatem anni 1912 Tubingae, ab autumus eiusdem anni Berolini historicis philologicisque studiis me dabam. Docuerunt me Tubingenses viri doctissimi: Adickes, de Fischer, Goetz, Gundermann, Günter, Kornemann, de Mess, Wahl; Berolinenses: Diels, Erdmann, Hintze, Hirschfeld, Lasson, Ed. Meyer, Norden, Schäfer, Simmel, Tangl, de Wilamowitz-Moellendorff. Interfui exercitationibus virorum clarissimorum Tubingensium: Gundermann, Jacob, Schmid; Berolinensium: Diels, Hirschfeld, Löschke, Ed. Meyer, Norden, Schmitt, Thomas, de Wilamowitz-Moellendorff.

Omnibus praeceptoribus meis maximam habeo gratiam in primis autem auxilio virorum doctissimorum Hirschfeld et Dessau studia mea aucta esse confiteri eisque palam summas gratias agere non dubito.